



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

64. Pauo, ex Luciano. Item ex Tertull.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

PSITTACVS.

Descriptio LXIII.

Psittacus avis Indiae est, iostar illi minimo minus, quam columbarum, sed nec colorum columbarum. Non enim lacteus ille vel lividus, vel utrinque subluteus, aut sparsus est, sed color Psittaco viridis, ex intricis plumulis, & extrimis palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. Enimvero ceruicula eius circulo niuco velut aurea torqui pari fulgoris circumactu cingitur, & decoratur: rostri prima duritia, cum in petram quampiam concitus altissimo volatu, praecipitat, rostro se velut anchora excipit. Sed capiti eadem duritia, quae ro-

stro: cum sermonem nostrum cogitur amulari, ferrea clauicula caput tenditur, imperium magistri ut perfecticat, haec ferula dicens est. Discit autem statim pulvis usque ad duos annos suae aetatis, dum facile os uti conformetur, cum tenera lingua, uti conuibreretur. Senex autem captus, & indocilis est, & obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilius est Psittacus glande qui vescitur, & cuius in pedibus ut hominis quini digitali numerantur: Non enim omnibus Psittacis id insigne, sed omnibus proprium: quo eius lingua latior, quam ceteris avibus, eo facilius verba hominis articulantur patientiore plectro, & palato. Id vero quod dicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si audias, hominem putes. Nam quidem si videas, idem conari, non eloqui.

Id. Florid. lib. 2.

PAVO, EX LUCIANO.

Descriptio LXIV.

Ο δὲ τὰς ἡρώδης ἀρχομένους, πρὸς λειψάνων ἰσθμῶν ἐλθόντων, ὡς ὅτε καὶ τὰ ἀνθη πρόσεισιν, οὐ ποθεινότερα μόνον, καὶ ὡς ἂν ἔποι-
 λες, ἀνθηρότερα, καὶ τὰς βαρῆς χαλαρότερα, τότε καὶ οὗτοι ἐκπετάσας τὰ πτερά, καὶ ἀνα-
 δείξας τὸ ἦλος, καὶ τὴν οὐρανὸν ἐπάρσας, καὶ πάν-
 τοθεν αὐτῶν περισήσας, ἐπιδείνεται τὰ ἀνθη τὰ
 αὐτῶν, καὶ τὸ ἔλαρ τῶν πτερῶν, ὡς περ αὐτῶν
 προκαλοῦνται τὸ λειψάνον ἐς τὴν ἀμίλλαν.
 Ἐπιτρέφει γὰρ ἑνεαυτόν, καὶ περιάγει, καὶ ἐκπομ-
 πεδὲι τῶν κάλλων ὅτε δὴ καὶ δαυμασιώτερον
 φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν, ἀλλὰ πομέναν αὐτῶν
 τῶν χρωμάτων, καὶ μεταβαλλόντων ἡρώδης, καὶ
 πρὸς ἕτερον εὐμορδίας ἔτι ζεπομέναν.
 πᾶσχει δὲ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν κύκλων ἐξ
 ἑπ' ἀκροῖς ἔχει τῶν πτεροῖς, ἰριδὸς ἑξ ἑκα-
 στον περιπεύσεως. ὃ γὰρ τῶν χαλκῶν ἦρ, τὸ το
 ἐγκλίνας ὀλίγον, χρυσοῦς ὡς δὴ, καὶ τὸ ὑπὸ
 τῶ ἦλος κωναυγῆς, εἰ σκιαδῆς, χλοαυγῆς
 ἔσται. οὗτω μεταβαλλεται πρὸς τὸ φῶς ἢ πῆλ-
 σης.

Pavo autem incipiente vere ad pratum ali-
 quod accedens, quando & flores prodeunt
 non amabiliore modo, sed & (ut ita dixe-
 rit quispiam floridiores; & quod ad colo-
 rem, & tincturam attinet, liquidiores: ipse
 quoque extensis pennis, isque ostentis solis,
 & sublata cauda, eamque vindique circa se
 pandens, spectandos exhibet, & illius flores,
 & ver illud pennarum, perinde ut prato, ad
 huiusmodi contentionem, & certamen ipsum
 prouocante: conuertit quippe seipsum. & cir-
 cumagitur, & quasi quamdam pompam agit
 pulchritudinis suae: quando videlicet, etiam
 admirabilior apparet ad splendorem solis, va-
 riantibus se coloribus, & paulatim in alios, at-
 que alios transeuntibus, aliamque, ac nouam
 formositatis speciem subinde recipientibus.
 Accidit autem hoc potissimum in circulis,
 quos in summis pennis habet, quorum quem-
 libet, quasi quaedam irides circundant. Nam
 qui ante aereus visus fuit, mox inclinante se
 paulum illo aureus conspicitur: & rursum quod
 ad lucem apparuit, si sub ymbra transferatur,
 viride videbitur. Ad eod ad luminis vicissi-
 tudinem pennarum ille ornatus variatur.

Lucian. de domo.

161111

Item ex Tertulliano.

Tertull. l. de pallio. Cata-
cista vestes
depresso.
pendentes.
Luscinia pa-
lagiata an-
tyriana.

Quamquam & Pauo pluma vestis, & quidem de cataclitidis, imò omni conchylio depresso, qua colla florent, & omni patagio auratiore, qua terga fulgent, & omni firmate solutior, qua cauda iacent, multicolor, & discolor, & versicolor, nunquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa, quando alia, toties denique mutanda, quoties mouenda.

LUSCINIA.

Descriptio. LXX.

Lusciniam, auditores, vnam ex anibus maximè solent ij, qui naturas animalium scribunt, admirari, quod in tam paruo corpufculo tam clara, tam suavis, tam magna, tam iucunda vox inueniatur: quod verno tempore, cum frondescere arbores incipiunt, diebus, ac noctibus perpetuis sine vlla intermissione canere soleat, vnde enim in auicula tam pertinax spiritus? vnde vis illa continendæ animæ, in canendo tanta, & vna continuatione cantionis vix contentiones vocis, & remissiones contincantur? vnde tam artificiosa, tamque perfecta musicæ scientia, tam ingeniosa modulatio, tam gratus auribus sonus, qui modò in longum continuo spiritu trahatur, modò summa quadam cum varietate fluctatur, nunc conc. fa.

voce distinguatur, nunc interta copuletur? Quid cum iterum vocem reuocat, ex integra comprehensione cantum edit? quid cum modulos, nec inopinato, de repenteque commutat? quid cum ipsa secum iucunda, & tacita murmurat? nulla mehercule tam abstrusa, tam difficilis est cantio, quam non exprimat luscinia, plenam, grauem, acutam, crebram, extensam summam, mediam, imam. Quid plura? iam paruulis in faucibus omnia, quæ tanto labore, tanta industria, tanto studio, tot inuentis instrumentis genera cantionum ars hominum, excogitauit, integra, atque perfecta reperiuntur.

Vide Gesnerum in Luscinia.

Adde qua habet Plinius lib. 10. c. 39.

Primum tanta vox, tam paruo corpufculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta Musicæ scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur inopinato: interdum & secum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extensus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus.

Breuiusque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiaram tormentis ars hominum

excogita-
mit.

COLUMBÆ COLLVM.

Ex Philone, de remulencia.

Descriptio. LXXI.

Τὸ ἀχένη ἔπεριτερεῖς ἐν ἡλιακῆς ἀν-
γαῖς οὐκ ἐπιτόσσαι, κίρτα, χρωμάτων ἀλ-
λά τὸν ἰα ἰδέει, ἢ οὐχὶ φοινικῆς, καὶ κινάβου, πα-
ρωπῶν τε, καὶ ἀνθρακωδῆς, ἐπὶ τῷ χροῶν, καὶ ἐρυ-
θρῶν, καὶ ἄλλα παρὰ τὰ ἀπᾶ ἔχει χροῶματα, ὡς
οὐτὸς κληθεῖς ῥάδιον ἀπομνημονεύσαις,

VIdisti aliquando eolumba cervicem radijs solis expositam, quam multis modis colores variet, puniceum, cæruleum, igneum, & carbunculi speciem referentem, pallidum item, & rubicundum, & alios omnigenos, quorum nec vocabula quidem memorare sit facile?

HIRVNT.